

quod cùm ipse R. P. Generalis in eâ sit fundatissimâ persuasione, vt priuilegia huiusmodi perpetua non sint, & ita neque vñum licitum; non videtur credibile velle ipsum communicationem talem cuiquam facere in re profecto grauissima, & in cuius vñu non leua possunt inconvenientia reperi. Quod si contingat illum Provinciis, aut aliis sine discrimine priuilegia concedere secundum omnia in illis contenta, vt potè viris doctis & scientibus quid sibi per illa liceat: nihilominus res scrupuli plena est, cò quod numquà videatur sic communicantis ea esse mens ut ad præsumtum effectum priuilegium extendatur: unde si ipse adesse, minime tale aliquid aut ficeret aut fieri patetur. Currit ergo vulgatissima regula iuris, quod in generali concessione non veniunt ea, quæ quis in specie non effet verosimiliter concessur. Quod si à Societate confirmatione dicti priuilegi non est admissa, vt quæ fundamento carere solido videatur, ex eo deducendum neque Religiosos alios posse virtute talis confirmationis operari: neque enim plus illis licere potest, quam principali priuilegiario, cùm concessio illorum sit admissa, vt iam dictum & probatum. Vbi nequit sententia illorum suffragari, qui affirmant non vñum priuilegi respectu aliquorum non nocere aliis habentibus communicationem, quo minus vi co possint. Pro quo Emmanuel Rodericus Tomo 1. q. regular. q. 55. artic. 19. nam id verum habet quando priuilegium in sua origine ita receptum est, vt vien habuerit, cui tamen sit vñus denegatus: quod quidem in casu praesenti non accidit, iuxta præmissam explicationem. De priuilegio autem Pij V. de quo numer. 393. alia est ratio, quia sine temporis limitatione concessum.

Quonodo exenti priuilegium ad matrimonii non contraria possit.

Quid de scienter cōtrahitur.

Ex sexta tia ad iunctum impo- tenti red- dentes ar- guirur.

Sententia circa non vñum in una Rel- gione, non suffragari.

397. Potest autem circa dictum priuilegium, aliquid forsitan confirmandum, vel secundum eam vim, quam aliqui eidem attingunt, inquire an deseruire possit, vt qui nondum matrimonium contraxerunt contrahere queant, sicut de priuilegio Pij V. diximus num. 393. Ad quod negatiu respondendum videtur, quia satis est tenor concessionis expressus: neque illius & alterius citati eadem est ratio: in priori enim pro ratione concessionis tantum redditur distantia; in alio vero scandali evitatio: quæ quidem in matrimonio contracto locum habere potest, non ita in contrahendo. Quod si revera aliquando sit, idem dicendum, idque iuxta calus contingentiam iudicandum. Dixi hinc, quia de remedio illicito alia est ratio: vt si aliqui scientes dispensationem sibi non posse conferri vt contrahant, quæ solum pro contracto iam matrimonio conceditur; re ipsa illud ineant, & ita eo beneficio gaudere contendant. Vbi quidem negandum videtur, quia nemini sua fraude prodesse debet, vt clamant iura: neque dici potest cum, qui sic agit, suo iure vi, quandoquidem non iure, sed iniuria proceditur, reddendo irritum contractum, & nullum pariter Sacramentum. Si tamen post factum revera poneant, & satisfactionem offerant, quem Pon- tifex in sua concessione requirit, non debent illius beneficio priuari, iuxta multorum sententiam, docentium eum, qui opere prauo in eam defatigationem incidit, quæ si aliunde procederet, eum a ieiuno penitus excusat, non esse ad iei-

nium obligandum, quamvis sciens & prudens id fecerit, pro quo videri potest. P. Fagundez circa quartum Ecclesiæ Præceptum Lib. 1. Cap. 8. num. 17. Cum enim Pontifex de contraenibus scien- ter etiam determinet, neque catu præsentem excipiat, ac satisfactio nis sit proportionata contentus; id satis videtur ad beneficium dispensationis obtinendum.

398. Dico septim. Priuilegium, de quo in Compendio Indico verb. Matrimonium, vñum habet penitus expeditem, vt scilicet Ordinarij locorum, Parochi, & Religiosi Societatis cum Indis & Ethiopia liberi seu Ieris, ad fidem conuersis, qui ante suscepimus Baptisma matrimonium contraxerunt, ut au' e con- cœrto minime requisito, aut reponso non expectato, matrimonia cum quibus fidei, alias tamen ritè contrahere, & in sacre Ecclesiæ solemnizare, & in eis postea carnali copula consummati quoad vixerint, remanere licet & valent: dammodo constet; etiam summarie, & extra judicialiter, coniugem, ut presertim, absentem moneri legitimè non posse, aut monitum intra tempus in eadem monitione prædictum suam voluntatem non significasse. Gregorius XIII. die 25. Ianuarii, Ann. 1585. & habetur in Litteris Apostolicis pro Indijs Pag. 103. Decretis etiam eisdem Litteris (sic in Compendio additur) talia matrimonia, etiam possi- ca contigerit coniuges priores infideles suam voluntatem Speciale il- lustri impeditos declarare non posuisse, & ad fidem etiam lius dece- tempore contracti secundi matrimonii conuersos sunt; claratio. nibilominus resindi numquà debere, sed valida & firma, prolemque inde suscepitam legitimam fore. Sic ibi. Et hac facultate vt posse omnes Superiores, & eos, quibus ipsi eam communicauerint, ex Ad- notatione habetur. Quæ quidem iuxta id intel- ligenda videtur, quod in textu extat, dum sic dic- citur: In Angola, Ethiopia, Brasilia, & alijs Indiis regionibus possunt eorumdem locorum Ordinarij, Paro- chi, & Presbiteri nostræ Societatis, ad Confessiones audiendas ab eiusdem Societatis Superioribus approbati, & ad dictas regiones pro tempore missi, vel in illis ad- misi, dispensare, &c. Cum enim ad fruendum dicto priuilegio solùm requiratur approbatio Superiorum ad audiendas Confessiones, illa ipsa eiudem priuilegiū videtur communicatio, quæ in Adnotacione præscribitur, & à qualibet fieri Superiori potest. Vnde in simili alia facultate, de quæ verb. Dispensatio. 5. nihil aliud requiri quæ legitima depuratio ad audiendas Confessiones, iuxta ea, quæ dicta sunt, num. 180. & 181. Sufficiet ergo ad audiendas Confessiones Indorum à Superioribus esse deputatos.

399. Continet autem priuilegium dictum satis difficilem decisionem. Cùmen ex Ecclesiæ declaratione constet matrimonia in diuinum legítimum contracta Baptismo non solui, de quo specialiter in Cap. Gaudemus, de diuotis: Cum per Sacramentum Baptismi non soluantur matrimonia sed criminis dimittantur. De quo numer. 378. Qui fieri potest, vt ab eadem soluantur Ecclesiæ, quando id accidit, quod in priuilegio habetur? Sed certè illud ita componi potest, vt non soluantur matrimonia per Baptismum, quando infidelis coniux habitare cum fidelis non renuit, neque iste periculum peruerionis ex cohabitatione subit, propter quod eligat separari. Tunc siquidem ad alias transire nuptias cum fidelis coniuge potest; neque

Difficultas circa priuilegium ex legítimo matrimonio inter in- fideles, ut dissolvi- neantur.

Pri illi satia- optima ad- duca- ratione. Ep- toris dispo- sitione inde innatu-

neque enim ad ecclisiam cogendus est; alias fidei Christianæ suceptio multis exosa reddetur. Cùm præsertim ijs, qui conuertantur, ex Paganismo veniant nondum plenè fibris gentilitatis euulsi, & carnis illecebris, quibus innuriti, vi spiritus mitigatis. Hoc ergo sic voluisse Christum merito sibi Ecclesia persuasit, & iam diu in vñu habuit, cùm id ratio videatur urgentissima comprobare. Pro quo est, Cap. Quanti, de diuotis, post citatum Cap. Gaudemus. Cap. 1am num. Cap. Sicut enim 28. q. 1. Cap. Si infidelis, & alia ibidem, & quest. 2.

Pro eodem

D. Pauli

auctoritas.

1. Cor. 7.

v. 10. &

seqq.

400. Necratione tantum in eam persuasi- onem induxit, sed D. Pauli auctoritate, qui 1. Cor. 7. vers. 10. & sequentib. ita scribit: Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo revocari. Et vi uxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non domi- nus. Si quis frater uxorem habet infidem, & hoc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Esi qua mulier fidelis habet virum infidem, & hic con- sentit habitare cum illa, non dimittat virum. Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servitutis subiectus est frater aut soror in huiusmodi: in pace autem vocavit nos Deus. Hac Apostolus: qui dum libertatem fidelis coniugis, alio discedente, commendat, de illa est accipiendo, quæ talis sit, vt liceat ad nuptias alias animum applicare. Sic enim intel- lercent Patres & Pontifices, iuxta quorum intel- ligentiam citati Canones prodierunt. Quod verò confensus in ordine ad habitationem, non qualiscumque sit satis, sed qui esse queat sine iniuria Creatoris, ex eisdem Apostoli doctrinâ deduc- tur, dum non quilibet consensum statuit, sed qui possit esse pacificus: qualis non erit, si coniuges se ad fidem eirandam, aut grauia aliqua crimina infidelibus propria prouocarint. Pro quo Innocentius III. in Cap. Quanti iam citato ita loquitur: Si enim aliquis infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, altero, vel nullo modo vel non sine blasphemia diuini nominis, vel ut cum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad secundam, si voluerit, vota transbit: & in hoc sensu intelligimus quod ait Apostolus: si infidelis discedit, discedat: frater enim, vel soror, non infidelis subiectus in huiusmodi: & Canonem etiam, in quo dicitur: (citato Cap. Si infidelis, q. 1.) Con- tumelia Creatoris solvit jus matrimonij circa eum, qui relinquitur. Si ibi: quia verò stante infidelitate non videret obtineri posse, vt sine periculo per- uersionis cohabitare coniuges possint; censem Doctores aliqui, eo ipso quod conuerti nolint, posse fideles ad alias nuptias pertransire. Videantur illi apud Dianam Parte 3. Tractat. 4. Refol. 25. 2. qui pro contraria plures adducit, iuxta quam discursus noster procedit.

Doctrina Apolstoli vi- fiare quesitum cum prece- pro Christi non dimi- tendi uxori.

401. Quod si quis vrgeat, cùm Christus non esse vxorem dimittendam præceperit, & discedentem manere innuptam, quomodo stare possit vt Apostolus dissolutionem afferat licere coniugi? Respondeo vtrumque stare optimè posse, quia quod Christus iubet, absolutum præceptum est, neque conditions conversionis insinuat, pro quibus ratio specialis occurrit: debet siquidem vxor non dimitti, sicut neque à viro vxor recedere, & vterque ad alias nuptias non transire: quod generaliter loquendo verum est. Sed cùm fidei causa agitur, speciale aliquid est, propter quod possit licetus esse recessus: nō quidē expressum à Christo, sed quod Apostolus specia- li Spiritus sancti instinctu optima ratiocinatione deduxerit. Est ergo in illius doctrina aliquid, quod rationem præcepti diuini continet, & aliquid quod humani. Si periculum peruerionis fit, obligatio dimissionis vrger, quia vt Matth. 18. v. 8. Christus ait: Si manus tua, vel pes tua, scandalizat te, abscede eum, & proice ab te. Quid autem hoc recessus aut dimissione lex matrimoniū soluat, humanum præceptum est, quia id à Christo non inuenitur expressum. Sicut enim quando duo in heresi statu contrahunt, & vñus conuertitur altero nō conuerso: si hic ob periculum peruerionis dimittendus sit, non id est Catholice nouas contrahere nuptias potest, quia heres non est sufficiens ad matrimonij dissolutionem, vt determinat Pontifex in Cap. Quanti iam citato. Ita & circa infideles id statu poterat. Quod autem non ita statutum sit, Apostolus cælesti illustratus lumine, per quem & locutus Christus, vt testatur ipse 1. Corinth. 13. v. 3. declarauit. Quod autem generalis aliqua Christi assertio peculiarem casum non excludat, ex eodem loco potest, vbi Christus statuit matrimonij firmitatem dicens: Dico autem vobis, quia qui- cumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur. Sic Matth. 19. v. 9. Eo- dem Capite sic Dominus ad interrogationem Pe- tri respondens: & omnis qui reliquerit dominum, &c. ant uxorem, & filios, &c. vxor ergo non solùm ob fornicationem, sed propter Christum relinqui potest; & ita cùm generalis doctrina traditur, non semper sub ea veniunt, in quibus peculiaris aliqua ratio pro dispositione contraria suffragatur.

402. Licet autem Apostolus non potuerit et quomo- do illius universalis Pastor non fuit, quod solius D. Petri præ- rogativa continuit: potuit tamen iudicium suum Ecclesiæ proponere, quod Christo inspirante conceperat, & ipsa illud non vt præceptum am- plecti: vt præceptum enim ad eos dirigunt tantum poruit, qui ad speciem Apostoli curam perti- nebant, & ad quos scribebat: sed vt doctrinam Apostolicam, in quæ error esse non poterat; & ita quod ad particularem Ecclesiæ scriptum, ad generalem vñum aduocare: neque enim id, quod ex diuina inspiratione, in quæ error esse non po- test, ab eo, cui est facta, proponitur, diuinium præceptum est absolútè dicendum; licet alias præ- ceptum generale sit obediendi ex tali inspiratione præcipienti. Sicut hunc Sanctum ab Ecclesiæ Canonizatum colii non est de præcepto diuino, sed Ecclesiastico; quamvis præceptum diuinum sit obediendi Ecclesiæ in ijs, quæ ad cultum Sanctorum spectant. Illa enim de præcepto diuino esse dicuntur, quæ à Deo ipso proprio nomine proponuntur, non ita quæ à Vicariis eius, ipso infallibili dirige, progrediuntur. Et iuxta hoc non tollitur quin dici possit Christum Dominum in dissolutione matrimonij pro casibus, de quibus loquimur, dispensare, vt loquuntur Doctores aliqui apud P. Thomam Sancium Lib. 2. de matrimonio Disput. 13. numer. 9. & Lib. 10. Disput. 15. numer. 7. Quia cùm Christo inspirante, & per

*Explicatio  
alia ex eo  
quod ma-  
trimonium  
ex natura  
sua indis-  
solubile  
non sit.*

Apostolum loquente, si res ista procedat, Christo adscribi potest, & debet. Quamquam satis verosimiliter dici possit in hoc non interuenire dispensationem, sed id esse iuxta matrimonium nativum conditionem, quod ex se non habet omnimodam indissolubilitatem: & cum ex causa aliqua dissolui queat, nulla profecto maior esse potest, quam illa, quae ex cultus disparitate confluit. Quando autem aliquid iuxta nativam conditionem rei aliquius fit, non est dispensatio in eo, quia neque communis lex, sed dispositio accommodata natura. Et ita etiam dicendum in matrimonio rato, quod per Religiosam dissolvitur Professionem: cum enim consummatum non est, ex natura sua more aliorum contractuum dissolui possit ex voluntate contrahentium, natura contractus eiusdem attentus: sicut autem ex mutua voluntate, ita & per vius ex illis, facta Deo sui traditione in ordine ad statum incomparabiliter perfectiorum. Videatur P. Sancius *supr. num. 10.* & haec explicandi ratio videtur satis congrua & expedita, quales non aliquæ alia, quæ apud Doctores occurunt. Locum Apostoli elegantissime verlat D. Augustinus *Lib. 1. de adulteris coniugii Cap. 18.* & refertur in Cap. *Sit enim 28. q. 1.*

*Privilégii  
adductum  
quid con-  
serat, ut  
tale dicti  
propriè  
possum. Et  
ut tale non  
sit, qua vi-  
deantur  
viam ha-  
bere.*

*Cap. Gau-  
demus.*

403 Cùm ergo dissolutio matrimonij facta mutatione vita melioris per Baptismum liceat, videndum quid in priuilegio adducto specialis gratia rationem habeat, ut verè & propriè priuilegium possit compellari. Et videtur quidem tali non esse, sed meram communis iurius declarationem, sicut de priuilegio alio ex §. 5. verb. *Dispersatio* dicebamus. Quod enim transire ad alias nuptias absolute liceat, ex communi iure, ut nuper vidimus, compertum habetur. Volentes autem coniugem infidelem cohabitare fideli, sine periculo peruerisionis non posse dimitti, iam etiam ostendimus, iuxta Ecclesiæ mentem in Cap. *Quanti*, de diuortiis, cuius verba dedimus *nun. 40.* & in Cap. *Gaudemus*, eodem Titulo. Vnde doctrina Apostoli in calu tantum periculi procedit. Id ergo quod dicitur in priuilegio de monendo coniuge infideli, & eius expectando responso, iuxta huiusmodi præsuppositum cadit, quod scilicet, ad securam habitationem sit tantum admittendus: & quod moneri debeat, non priuilegij, sed stricti præcepti continet rationem. Quod si respondere intra terminum competenter nequeat, aut nolit, coniux fidelis nouum possit inire coniugium, ex Iure habetur: sic enim in Cap. *Gaudemus* citato, verbis illis: *nisi post conversionem ipsius illa remiat habere cum ipso.* Quæ autem non responderet, aperte renuit, cum sciat se non respondentem, coniugem ad alias nuptias transiit. Si autem nequeat expectari responsum, eadem ratio est, quia non debet coniux fidelis obligari ad valde diuturnum cælibatum: & esset profecto, vt diximus, magnum ad fidei receptionem obstatum, si is, qui de conversione sua agit, ad onus eiusmodi cogeretur. Ex quo prouenit ut Æthiopes in regiones alias distracti, & fideles redditu suæceptione Baptismi, sine scrupulo aliquo matrimonium contrahere permittantur, cum tamen certum sit multis illorum in nativo solo matrimonio suis ritibus contraxisse. Quod tandem Gregorius priuilegij lar-

gitor attexit de firmitate matrimonij sic contra-eti, triam coniux impeditus respondere, posse voluntatem suam manifestet, & re ipsa convertatur ita dicendum necessariò fuit: quia cum matrimonium in facie Ecclesiæ contractum omnino validum fuerit, ab alterius iam conlenu non penderet, neque illi iniuria fit, quandoquidem & ille liber a vinculo manet, & alias potest nuptias sibi forte gratiore & commodiore celebret. Nihil ergo videtur speciale per hoc priuilegium concedi, quod antea non licet.

*Dispensa-  
tionem  
non videtur  
necessaria.*

404 Qui discursus etiam ostendit ad effectum prædictum dispensationem non esse necessariam: vnde non appareat quomodo in priuilegio ipso dicatur ibi expressos posse cum Neophyti in ordine ad illum dispensare. Dispensandi enim facultas ex Iure habetur, & Apostolica declaratione: neque in speciali infidelium genere, de quo agitur, quidquam occurrit, ut pro ipsi peculiaris sit dispensandi facultas requisita. In quo quidem licet non multum ad rem ipsam spectare videatur hoc aut illo modo loqui, dummodo constat quid sit in facti contingentiâ faciendum; dici tamen potest gratiam aliquam admisseri in eo quod spatium temporis ad expectationem responsi coniugis infidelis, & alia, quæ circa hoc occurtere possunt, non solum Ordinariorum, sed Parochorum, & Religiosorum Societatis dispositioni commititur, cum ad Episcopos id spectare soleat, & ita per eos, aut etiam per Provincialia Concilia spatium sit temporis definitum, ut statim videbimus. Est ergo dispensandi facultas non tam in substantiâ ipsâ, quam in modo. Deinde, licet verum sit, quod ex aliis habet P. Sancius *Lib. 7. Disput. 74. num. 4.* posse scilicet dissolui matrimonium in prædictis eventibus non esse ex iure aliquo Pontificio: matrimonium enim consummatum nequit iure Pontificio dissolvi, quamvis in infidelitate iniunctum sit, saltem lege naturali: sed id haberi ex priuilegio Christi sic in fidei fauorem concedens, quod D. Paulus citato loco promulgavit verbis allegatis sic ab Ecclesia intellectis. Id tamen non est ita certum, ut graues Autiores desint afferentes dissolutionem talen iure Pontificio peragi, ut videri potest apud eundem Patrem *ibidem*. Potuit ergo Doctissimus Pontifex Gregorius in ea esse fortè sententia, ut priuatus Doctor, & ita ad dispensandum omnibus præfatis tribuere facultatem. Quod si dicatur iam illam ex Iure haberet: occurri potest non esse omnino certum eos, qui conuertuntur, non conuersis coniugibus, eo ipso esse dispensatos, & sine dependentia omni ab Ecclesiastica iurisdictione posse contrahere: quia hoc non debuit Neophytorum arbitrio, qui rudes circa res Ecclesiasticas solent esse, relinquere. Immò generaliter loquendo non dissolvi matrimonium, de fide esse affirmat P. Sancius *supr. Disput. 73. num. 6. & 8.* defiderari sententiam iudicis sunt qui affirmant, ut videri apud eundem potest *Disput. 74. num. 11.* & necessariam esse Pontificiam auctoritatem, cum coniux moneri non potest, tenent Basilius, Pontius, & alii, quorum sententiam ut probabilem proponit Diana Parte 3. Tract. 4. Ref. 264. vbi pro contraria plures adducit. Est ergo locus dispensationi auctoritate Pontificis à Ministris Evangelicis facienda.

*Dissolu-  
tionem ma-  
trimonij  
iure Ponti-  
ficio peragi,  
aliquorum  
sententia.*

*Et quid  
ex illa senten-  
tia normal-  
is alii?*

*1. Cor. 7.*

*2. 16. &*

*17.*

*Cap. Iam  
nunc.*

*Quæ spes  
coniugio  
mis infidelis  
coniugis  
esse debet.*

*Decreta  
Concily  
2. & 3.  
Limense.*

*Aliquam  
tamen gra-  
tiam ad-  
misseri  
offenditur.*

*Quid*

*Quid specialiter in Concilis Peruanis  
dispositum circa eos, qui post contractum  
in Pagani smo matrimonium conuer-  
tuntur.*

405 *C*oncilium Limense secundum quod Provincial fuit, & Anno 1567 celebratum, ea circa causam præsentem decreuit, quæ Concilium Limense Tertium Anno 1582. his est verbis *Ad. 2. Cap. 10.* complexum. De *is*, qui iam matrimonio iuncti conuertuntur ad fidem, coniuge adhuc infidelem permanente, in Superiori Concilio prouide consultum est, ut si infidelis pridem spem sue conuersionis maturam ostendat, Christianus nullo modo ad alias nuptias transeat, quemadmodum sacris est Canonibus definitum, sed coniugis lucrum in Christo expectet. Si vero differat conuersionem suam, neque tamen iam baptizato coniugi perniciosus existat, cum à fide auerterendo, aut ad peccatum mortale pertrahendo (ceterum id cum sit, sacer Canones eos separando volunt, & Christiano noti coniugi inueniendi potestem tribuant) tunc & expectandum adhuc esse per semestrum tempus, & adhuc de sua inveniendi conuersione admonendum. Sed quoniam tum periculum recens conuensiendum est, ne si dui permanerent in toro infidelis, fidem Christo forsitan amittat, dum vult seruare homini: tum vero libertatis illius consilendum est, ne celebs vivere cogatur, qui forsitan virtutem. Idcirco decernimus ut transfacto sex mensium spatio res ad Episcopum deferatur, qui bene perspectus cauissima, fideli declaret copiam esse alium matrimonium inveniendi propter fidei aut charitatis scandalum, quod patitur. Quod si nullum esse periculum in cohabitatione viderit, inbeat expectare infidelem, vel etiam consular cohabitare, si prodesse intelligitur iuxta Pauli Apostoli consilium. *1. Cor. 7.* Neque enim potest omnibus conuersis eadem lex præfigi, cum occurrant profecti variae circumstantiae, neque sit omnium infidelium eadem ratio. Quare Episcopi prudenter in re dubia, ne graviter eretur, consilenda erit, & iuxta Cap. *Quarto*, de diuortiis, cum casus acciderit, decernendum. Sic Concilium à Sede Apostolica confirmatum, circa quæ nobis aliquid adiiciendum.

406 Primo ergo quod fidelis ad alias nuptias transire nequeat, si infidelis spem suæ conuersionis ostendat, facis dicitur esse Canonibus definitum: & spem hanc non qualemcumque sufficeret, sed maturam esse debere, id est, non conuersionis in longum protracta, sed tempus post breve futura. Pro quo est Apostolus citato *Cap. 7. Cor. 1.* vbi cùm præcipiat conjugem fidelis ab infideli non discederem volente in pace habitare cum illo, ita subdit: *Vnde enim sis mulier si virum saluum facies?* aut unde sis vir, si mulierem saluum facies? Nisi uniuersique sicut diuisit Dominus, vnuquemque sicut vocat Deus, ita ambulet. Sic v. 16. & 17. & ita habetur in Cap. *Iam nunc 28. quest. 1.* vbi sic dicitur: & sic ad lucrandos coniuges, & filios Christi, exemplis etiam, que prouenerant, videtur horiatus. Cur ergo non expedit etiam infideles coniuges dimitti à fidelibus, causa enideretur expressa est. Non enim propter vinculum cum talibus paucum coniugale est fernandura, sed ut querantur in Christo recedi ab infidelibus coniugibus Apo-

dulterinis coniubis. Cap. 13. Quod autem spes maturæ conuersionis esse debeat, & non in longum protracta, ex eadem doctrinâ deducitur: nam experimentum dispositionis in ordine ad conuersionem brevi tempore haberi potest, & ita cessat finis huiusmodi permissionis, quod scilicet coniux infidelis queratur in Christo. Alias grauissimum onus conuersis imponeatur coniugibus, quod scilicet per totam vitam deberent in coniugio cum infidelibus permanere, quia per totam vitam spes aliqua esse potest, & constat aliquos in illius fine conuersos.

407 Secundo additum Concilium coniugem infidelem ad cohabitationem admittendum, si binationem perniciosus non sit, alias dimittendum. In quo cum infidelis pridem spem sue conuersionis maturam ostendat, Christianus nullo modo ad alias nuptias transeat, quemadmodum sacris est Canonibus definitum, sed coniugis lucrum in Christo expectet. Tria enim tempora distinguunt. Primum ab Apostolorum predicatione, & sexcentis postea annis, quibus frequens erat infidelium conuertio ac Iudeorum. Et tunc permittebatur cohabitatio secundum D. Pauli consilium, & conditions ab eodem propositas. Et ita id tenuit D. Augustinus relatus in Cap. *Si enim 27. quest. 2.* Vbi manifestus error est: in prædicto enim Capite. Si enim nihil tale habet; bene tamen in Cap. *Sic enim 28. quest. 1.* Secundum tempus securum est, quo rarissime Iudei ad Christianum conuertebantur, erantque peruvicatores in sua perfidia; & tunc edita est Synodi Toletana Constitutio, quæ habetur in Cap. *Iudei 28. quest. 1.* vbi prohibentur Iudei, qui mulieres habent Christianas, cum eisdem habitare, cuius ratio redditur verbis illis: *Verum hoc id est statum est, ne dum fideli salutem querit infidelis, post ipsa concilium ea infidelitatis perditionem inueniat.* Sic Concilium Toletanum 4. Ratio autem prædicta, licet ad omnes spectare infideles videatur, ad folios est Iudeos, de quibus agebatur, referenda; quia infideles alii non ita obstinati in sua perfidia erant, vt eorum deberet conuersio desperari. Tertium tandem, quo Ecclesiæ consuetudine est receptum, ac præceptum inductum, vt coniux ad fidem conuersus non permittatur cum infidelis cuiusque lege habitare. Eo quod experientia docuerit successu temporis coniugi fidelis ex infidelis consiliorum non modicium periculum imminere. Sic P. Thomas Sancius *Lib. 7. Disput. 73. numer. 12.* vbi plures pro eodem adducit. Qui tamen, cum præceptum esse dicat; vbi tamen illud extet, & à quo sit impositum, non exponit: nisi velit coniuetudine ipsa præceptum inductum, vt alia lolet accideat.

408 Nihilominus Concilium Limense opinionem sat probabilem est secutum, quam tenent Doctores plures apud eundem P. San- cium numer. 11. & 13. & præterea P. Fragosus Tomo 3. Lib. 10. Disput. 22. numer. 75. P. Valentia Tomo 4. Disput. 10. Quest. 1. Puncto 1. Cardinalis Toletus *Lib. 7. Cap. 11. num. 2.* P. Martarius Disput. 7. de Matrimonio Sect. 6. P. Martinus Disput. 72. num. 77. & alii. In speciali aurem, de Indis loquens ita affirmat Veracruz Parte 2. speciali. Artic. 32. Conclus. 4. P. Lessius de Matrimonio. 95. Et videtur sane verosimilior iis suppositis, que nuper dicta sunt circa obligationem non rece-